Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch
Deutsche
Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Koch, Catharina Cecilia

[Bremen], 1744-08-04

VD18 91018056

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-35

urn:nbn:de:gbv:46:1-180935

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.

Presbyterarum vita atque morum exemplo, ſacræ civitatis in cœtu Apoſtolico decus augentium, dum imaginem pingit D. PAULUS in epiſtola ad Titum (II, 5.) inter plurima requiri exigit τὸ οἰκουρίαν, eoque virtutem commendat inſignem imitandam in republica Chriſtiana, ab omnibus honoratioribus matronis, quas maritorum dignitas ſuper alias extollit. Etenim ſatis norunt rerum gnari, Presbyteras illas, non ex illarum ordine eſſe, quæ in primaeva eccleſia eligebantur & conſtituebantur ad obeundum publicumque munus, miniſtrandi ægrotis ſui ſexus, utpote quæ eſſe debebant viduæ, univiræ, ſexageſimum ætatis annum egreſſæ, per expreſſam legem (1 Tim. V, 9.) quæ miniſtrarum nomine in celebri illa epiſtola PLINII veniunt atque poſtea *Diaconiſſæ* quin *Presbyteræ* ſunt appellatæ (GUNDLINGIUS *ad Concil. Laodic. Canon. XII.* & ALBASPINÆUS *ad Concil. I. Nicæni Canon. XIX.*) Maritatæ enim erant noſtræ atque conſpicuæ in cœtu, ex dignitatis gradu virorum, quorum nomen & portio honorum in illas transferebatur; Quidni vero in illarum virtutibus contemplemur, typum ad quem conformandi ſint, in noſtro ſeculo, mores fœminarum, quas in celſiori loco, per maritorum prælationem, divina poſuit providentia, renitenteque illorum purpura? Diſpiciant Critici, ſi pote, utrum οἰκουρὸς notet fœminam domiſedam, quod antiquis inſigne nomen erat, & tanquam plurimæ laudis compendium, epitaphiis in lapidibus litteratis inſcriptum legitur; utrum vero curam gerentem rei familiaris & domeſticæ (*Bibliotheca Bremenſ. Tom. I. p. 314. & II p. 1028.*) Utrumque ex priſco titulo niſi apte jungitur (ELSNERUS *ad loc.*) quin ex rei natura amico copulatur nexu; Neque enim domiſeda, quam FESTUS caſariam vocat, deleſſens in otio, ſine cura domus, viva unquam reportabit laudis præmium, aut defuncta caram ſui relinquet memoriam: Neque ex adverſo familiaris felicitate proſpiciens, obita & negligens domus, divagabitur aut nuſpiam minus commorabitur, quam in ſuis ædibus. Ipſa vocis οἶκος notio eo nos manuducit, quæ quum ſignificet cuſtodem, & quidem ad ſacellum cujus munus ſit adſtrictum, æditurum, talem nobis ſiſtit, qui circa illud continuo verſatur, atque curæ ſuæ concredita obſervat ſtudioſe & ſedulo. Civilem & œconomicam virtutem expoſcunt ſacra oracula, quum is eorum ſit finis, ut omni ex parte meliores reddant homines atque depravata per peccata, concupiſcentias & vitioſas ſeculi conſuetudines emendare doceant. Bonum ſe præſtet civem, bonum agat patrem matremve familias, qui ſanctiſſimi Soſpitatoris præcepta explere cupit. Si enim χρηστόν, qua aliis proſimus, uti poſſumus, & debemus, ſit exercenda: Si quoque quod ſanior Theoſophia docet, nexus intercedat indiſſolubilis inter virtutem exercitam in hoc ſeculo, atque beatitatem in futuro, quin imo ſi perito haut ſit difficile, dilucide reſpectu cujuscunque virtutis indicare, ut animum præparet atque viam ſternat ad conformationem cum Deo ac ad felicitatis perennaturæ fruitionem nunquam terminatam, nequaquam eximemus ex virtutum quibus aditus ad beatam æternitatem paratur, numero, ſociales illas, quæ ut ſua conferunt ad florem ſocietatis domeſticæ & civilis, ſic ſane dum cætera aſſunt, cujusque anima ſanguine Jeſu eſt tincta & illius flagrat amore, præambulones fiunt, ad colendam olim ſocietatem cœleſtem, puram illam atque ab omni defectu vacuam: neque reputaremus ſane indignum & adverſum eſſe inculcare virtutis civilis ſtudium atque exempla illius commendare, quæ nos impellunt, ut in mundo lucernarum inſtar ſpargamus radios cujuslibet boni operis. Uxor Chriſtiana vere οἰκουρός, devitat plurima ſui ſexus dedecora. Non verſatur in circulis hominum vanorum, non inficitur ſeculi illecebris, ſe ſervat intaminatam à vitiis quæ contrahi ſolent ex pravis conſortiis, & garrularum colloquiis, linguæ ſic crimina adverſus proximum omittit, fida amicis ſelectis, fidiſſima ſuæ domui, cujus eſt aſſidua cuſtos, rem familiarem auget & exercendo στοργὴν erga liberos, illorum promovet omnimodo & maximopere commoda. Id agit, quod Phidias Athenienſibus repræſentabat, ſimulacro tanto artifice digno, Veneris teſtudinem calcantis, ſymbolo (ex interpretatione PLUTARCHI) οἰκουρίας καὶ σιωπῆς. Talis conjunx, uti ingens eſt benigni Numinis donum, ſic & dum ædibus ſuis eripitur, ſui memoria, in luctum luctuoſum conjicit, damnum illud perſentiſcentes. Affligitur illo dolore *Ampliſſimus Vir*, cujus *Conjugis Nobiliſſimæ* funus hodie efferemur. Erat illa *Matrona Ornatiſſima* CATHARINA CECILIA COCHIA, nata HüNEKENIA, edita familia illuſtri & majoribus ex meritis in rem civilem, in patriam & in univerſam eccleſiam reformatam inclitis. Vitæ exordium cepit Bremæ An. ſeculi ſuperioris XCIII. d. 14. Decembris. Patrem ſalutavit Virum *Magnificum & Conſultiſſimum* JACOBUM HüNEKEN, Reipublicæ Patriæ per multos annos Senatorem, atque demum Conſulem Meritiſſimum; Matrem vero Matronam egregiam GESAM EDZARD. Avus Paterno ex ſtemmate fuit Vir *Illuſtris & Conſultiſſimus* HENRICUS HüNEKEN, J. U. D. Conſiliarius Sereniſſimi Electoris Brunſvico Luneburgenſis, ad concilium gentium Ryſwicum paciſcendi causa cum plena potentia Legatus, & nomine Civitatum Hanſeaticarum Hagæ Comitum Reſidens; Avia autem Matrona rari exempli CATHARINA CECILIA COCCEJA, filia Viri toto orbe *Celeberrimi* noſtrisque laudibus majoris JOHANNIS COCCEJI, Theologi Lugdunenſis. Proavus erat Vir *Conſultiſſimus & Ampliſſimus* JACOBUS HüNEKEN, J. U. D. & Senator, qui in legatione, dum patriæ curabat negotia ſtrenue & fideliter, Stadæ Ao. MDCLIII. d. 30 Julii diem obiit; Proavia vero Dna MARGARETHA ZOBEL, filia Viri *Spectatiſſimi* HENRICI ZOBEL, magnarii florentiſſimi & Collegii Seniorum membri digniſſimi, atque ANNÆ CLAMP, natæ *Magnifici & Incluti* Conſulis JOHANNIS CLAMP. Materni generis Avus fuit Vir *Ampliſſimus & Prudentiſſimus* STATIUS EDZARD, olim ſpectatiſſimi Collegii Seniorum membrum, poſtea ad Senatoriam dignitatem evectus; Avia Matrona eximia SARA VON RHEDEN. Proavum numerat Virum *Ampliſſimum & Prudentiſſimum* LUBERTUM EDZARD, Senatorem in Patria; Proaviam vero Dnam GESAM WOLPMAN, natam STATII WOLPMAN, Magnarii, & ELISABETHÆ NETTELSTRUCK. Formata à tenera annis ad pietatem & omnia ſexus ſui decora, excitata quoque majorum ceteris & laudabili exemplo, adulta inter educatiſſimas urbis noſtræ Virgines jure ſuo reputata, meruit amores Viri, cujus nunc viduavit thorum, *Prænobiliſſimi, Ampliſſimi atque Conſultiſſimi* JOHANNIS COCH, J. U. D. & Reipublicæ Senatoris, de re patriæ, indeſeſſis ſtudiis quæ vigilantiſſime gerit muneribus, optime merentis. Initum eſt connubium fauſtum Ao. MDCCXIV. d. 30 Januarii, & ſeptena prole beatum, nempe 1) JOHANNE, 2) JACOBO, 3) REGINA AGNETA, quam quum duxiſſet Vir *Spectabilis* PETRUS WICHELHAUSEN, Negociator florentiſſimus, mors dira in puerperio, ante duodecim hebdomadas, ingenti cum mœrore univerſæ nobilis familiæ & pientiſſimæ matris, abſtulit, poſtquam felici cæteroquin partu enixa fuerat, puſionem amabilem, cui nomen ENGELBERTI eſt inditum 4) *Praeclara & Lectiſſima* Virgine GESA SARA, 5) *Ornatiſſimo* nunc & ad quævis eximia anniteme juvene JACOBO, LL. Studioſo. 6) filiola quam ſtatim poſtquam edita fuerat fatum oppreſſit, 7) denique adoleſcente in ſpem parentis feliciter ſuccreſcente JOHANNE, ſecundæ Claſſis diſcipulo. Superſunt & Matris obitum lugent, ad ſeriores annos, ſi quid votis liceret impetrare, differendum, 4, 5, & 7, reliquis jam ad æterna translatis. Laudamus in peteximia Matrona οἰκουρίαν, quam præſtitit Marito ampliſſimo & liberis. Horum amantiſſima & pia mater, curavit quæcunque ad valere & bene eſſe requiri, atque à ſtudioſiſſima rei domeſticæ matre familias deſiderari poterant. Nihil neglexit unquam quæ illos & illas attinebant, ſive eſſent educandi ad vitam civilem & ſocialem honeſte degendam, ſive eſſent inſtruendi in cognitione ſalutari & viarum Domini. Neque ſui eſt oblita, tempus enim vacuum à curis rei familiaris, colligit apes, & lectione librorum bonæ frugis, haut immemor vitam noſtram eſſe fluxam, caducam, fragilem & umbræ inſtar fugacem, æternitatis memoriam refricuit crebro. Dudum eſt, ex quo corporis infirmitates ſenſit, quod cum pedetentim, proſtrato appetitu, diſponeretur ad ſtatum cachecticum & crebris febribus, colicis ſtomachi torminibus, obſtructionibus pertinacibus, ægropolis emoreretur, adhibitis quanquam præſentiſſimis remediis, ante quatuordecim dies, adeo repullulantibus malis concuſſum eſt, ut accedente die quarta labentis menſis apoplexia, placida morte, ſpiritum immortalem Deo redderet, poſtquam ipſa vivendo expleverat annos L. menſes VII. dies autem XXI. Conduntur hodie exanimes exuviæ in Æde Anſgariana hora pomeridiana I. Tu viator, qui tranſiens hæc legis, ſi te domus Tuæ, ut decet, cura tangat, ut ſæpius, ne ſis immemor domicilii æterni, quo certus eſſe poſſis, *ſi terreſtre tuæ domus tabernaculum diſſolutum fuerit, ædificium habiturum à Deo, domum nullo manu factam, ſempiternam in cœlis.* Val. p. d. VIII. Aug. A. R. S. MDCCXLIV.

1744. q 8 ...
35.

RECTOR & PROFE

ILLUSTRIS SCHOLÆ B

LECTORI S.

Preſbyterarum vita atque morum exemplo, ſacræ
pingit D. PAULUS in epiſtola ad Titum (II, 5.) inter plurima requi
ſtiana, ab omnibus honoratioribus matronis, quas maritorum dign
ordine eſſe, quæ in primitiva eccleſia eligebantur & conſtituebantur ad
univiræ, ſexageſimum ætatis annum egreſſæ, per expreſſam legem (1 Ti
niſſæ quin *Presbyteræ* ſunt appellatæ (GUNDLINGIUS *ad Concil. Lo*
noſtræ atque conſpicuæ in cœtu, ex dignitatis gradu virorum, quo
templemur, typum ad quem conformandi ſunt, in noſtro ſeculo, mor
renitenteſque illorum purpura? Diſpiciant Critici, ſi pote, utrum οἰκουρὸς notet fœminam dom
in lapidibus litteratis inſcriptum legitur; utrum vero curam gerentem rei familiaris & dome
jungitur (ELSNERUS *ad loc.*) quin ex rei natura amico copulatur nexu; Neque enim dom
tabit laudis præmium, aut defuncta caram ſui relinquet memoriam: Neque ex adverſo famil
quam in ſuis ædibus. Ipſa vocis οὖρος notio eo nos manuducit, quæ quum ſignificet cuſtodem,
continuo verſatur, atque curæ ſuæ concredita obſervat ſtudioſe & ſedulo. Civilem & œconom
dant homines atque depravata per peccata, concupiſcentias & vitioſas ſeculi conſuetudines eme
Soſpitatoris præcepta, explere cupit. Si enim χρηστότης, qua aliis proſumus, ubi poſſumus, & debem
virtutem exercitam in hoc ſeculo, atque beatitatem in futuro, quin imo ſi perito haut ſit diffic
conformationem cum Deo ac ad felicitatis perennaturæ fruitionem nunquam terminatam, neu
illas, quæ ut ſua conferunt ad florem ſocietatis domeſticæ & civilis, ſic ſane dum cætera adſunt,
olim ſocietatem cœleſtem, puram illam atque ab omni defectu vacuam: neque reputabimus
dare, quæ nos impellunt, ut in mundo lucernarum inſtar ſpargamus radios cujuslibet boni ope
culis hominum vanorum, non ineſcatur ſeculi illecebris, ſe ſervat intaminatam à vitiis quæ com
mum omittit, fida amicis ſelectis, fidiſſima ſuæ domui, cujus eſt aſſidua cuſtos, rem familiar
moda. Id agit, quod Phidias Athenienſibus repræſentabat, ſimulacro tanto artifice digno, V
Talis conjunx, uti ingens eſt benigni Numinis donum, ſic & dum ædibus ſuis eripitur, fati ind
Ampliſſimus Vir, cujus *Conjugis Nobiliſſimæ* funus hodie efferetur. Erat illa *Matrona Orn*
majoribus ex meritis in rem civilem, in patriam & in univerſam eccleſiam reformatam inclu
tavit Virum *Magnificum & Conſultiſſimum* JACOBUM HüNEKEN, Reipublicæ Patriæ per m
giam GESAM EDZARD. Avus Paterno ex ſtemmate fuit Vir *Illuſtris & Conſultiſſimus* HEN
ad concilium gentium Ryſwicum paciſcendi cauſa cum plena potentia Legatus, & nomine Civi
RINA CECILIA COCCEJA, filia Viri toto orbe *Celeberrimi* noſtriſque laudibus majoris JO
JACOBUS HüNEKEN, J. U. D. & Senator, qui in legatione, dum patriæ curabat negotia
THA ZOBEL, filia Viri *Spectatiſſimi* HENRICI ZOBEL, magnarii florentiſſimi & Collegii S
JOHANNIS CLAMP. Materni generis Avus fuit Vir *Ampliſſimus & Prudentiſſimus* STAT
tatem evectus; Avia Matrona eximia SARA VON RHEDEN. Proavum numerat Virum A
Dnam GESAM WOLPMAN, natam STATII WOLPMAN, Magnarii, & ELISABETHÆ
quoque majorum cereis & laudabili exemplo, adulta inter edecumatas urbis noſtræ Virgines ju
atque Conſultiſſimi JOHANNIS COCH, J. U. D. & Reipublicæ Senatoris, de re patriæ, indies,
Ao. MDCCXIV. d 30 Januarii, & ſeptena prole beatum, nempe 1) JOHANNE, 2) JACOBO,
SEN, Negotiator florentiſſimus, mors dira in puerperio, ante duodecim hebdomadas, ingen
quin partu enixa fuerat, puſionem amabilem, cui nomen ENGELBERTI eſt inditum 4) P
tente juvene JACOBO, LL. Studioſo, 6) filiola quam ſtatim poſtquam edita fuerat fatum opp
Claſſis diſcipulo. Superſunt & Matris obitum lugent, ad ſeriores annos, ſi quid votis licuiſſet
Matrona οἰκουρίαν, quam præſtitit Marito ampliſſimo & liberis. Horum amantiſſima & pia ma
familias deſiderari poterant. Nihil neglexit unquam quæ illos & illas attinebant, ſive eſſent ed
tari & viarum Domini. Neque ſui eſt oblita, tempus enim vacuum à curis rei familiaris, coll
cam, fragilem & umbræ inſtar fugacem, æternitatis memoriam refricuit crebro. Dudum eſt,
ſtatum cachecticum & lentibus febribus, colicis ſtomachi torminibus, obſtructionibus pertinacibus, agry
tibus malis concuſſum eſt, ut accedente die quarta labentis menſis apoplexia, placida morte, ſpiritum
Condentur hodie exanimes exuviæ in Æde Ansgariana hora pomeridiana I. Tu viator, qui tranſiens
eſſe poſſis te, *ſi terreſtris tuæ domus tabernaculum diſſolutum fuerit, ædificium habiturum à Deo, domum nullis man*

ROFESSORES P.
LÆ. BREMENSIS
ORI S.

ivitatis in cœtu Apoſtolico decus augentium, dum imaginem
exigit τὴν ΟΙΚΟΥΡΙΑΝ, eoque virtutem commendat inſignem imitandam in republica Chri-
, ſuper alias extollit. Etenim ſatis norunt rerum gnari, Presbyteras iſtas, non ex illarum
uliare publicumque munus, miniſtrandi ægrotis ſui ſexus, utpote quæ eſſe debebant viduæ,
. V, 9.) quæ miniſtrarum nomine in celebri illa epiſtola PLINII veniunt atque poſtea *Diaco-*
eni Canon XII. & ALBASPINÆUS *ad Concil. I. Nicæni Canon. XIX.*) Maritatæ enim erant
nomen & portio honorum in illas transferebatur; Quidni vero in illarum virtutibus con-
fæminarum, quas in celſiori loco, per maritorum prælationem, divina poſuit providentia,
dam, quod antiquis inſigne nomen erat, & tanquam plurimæ laudis compendium, epitaphiis
(*Bibliotheca Bremenſ. Tom. I. p.* 314. *& II p.* 1028.) Utrumque ex priſco tituli uſu apte
, quam FESTUS caſariam vocat, deliteſcens in otio, ſine cura domus, viva unquam repor-
llicite proſpiciens, oblita & negligens domus, divagabitur aut nuſpiam minus commorabitur,
ſiquidem ad ſacellum illius munus ſit adſtrictum, ædituum, talem nobis ſiſtit, qui circa illud
am virtutem expoſcunt ſacra oracula, quum is eorum ſit finis, ut omni ex parte meliores red-
are doceant. Bonum ſe præſtet civem, bonum agat patrem matremve familias, qui ſanctiſſimi
is, ſit exercenda; Si quoque quod ſanior Theoſophia docet, nexus intercedat indiſſolubilis inter
, dilucide reſpectu cujuscunque virtutis indicare, ut animum præparet utque viam ſternat ad
quam eximemus ex virtutum quibus aditus ad beatam æternitatem paratur, numero, ſociales
umque anima ſanguine Jeſu eſt tincta & illius flagrat amore, præambulones fiunt, ad colendam
is indignum & adverſum eſſe inculcare virtutis civilis ſtudium atque exempla illius commen-
ris. Uxor Chriſtiana vere οἰκουρός, devitat plurima ſui ſexus dedecora. Non verſatur in cir-
hi ſolent ex pravis conſortiis, & garrularum colloquiis, linguæ ſic crimina adverſus proxi-
auget & exercendo στοργὴν erga liberos, illorum promovet omnimodo & maximopere com-
eris teſtudinem calcantis, ſymbolo (ex interpretatione PLUTARCHI) οἰκουρίας καὶ σιωπῆς.
mentia, in juſtum luctum conjicit, damnum iſtud perſentiſcentes. Affligitur iſto dolore
iſſima CATHARINA CECILIA COCHIA, nata HüNEKENIA, edita familia illuſtri &
Vitæ exordium cepit Bremæ Ao. ſeculi ſuperioris XCIII. d. 14. Decembris. Patrem ſalu-
ltos annos Senatorem, atque demum Conſulem Meritiſſimum; Matrem vero Matronam egre-
RICUS HüNEKEN, J. U. D. Conſiliarius Sereniſſimi Electoris Brunſuico Luneburgenſis,
tum Hanſeaticarum Hagæ Comitum Reſidens; Avia autem Matrona rari exempli CATHA-
ANNIS COCCEJI, Theologi Lugdunenſis. Proavus erat Vir *Conſultiſſimus & Ampliſſimus*
ue & fideliter, Stadæ Ao. MDCLIII. d. 30 Julii diem obiit; Proavia vero Dna MARGARE-
iorum membri digniſſimi, atque ANNÆ CLAMP, natæ *Magnifici & Incluti* Conſulis
JS EDZARD, olim ſpectatiſſimi Collegii Seniorum membrum, poſtea ad Senatoriam digni-
pliſſimum & Prudentiſſimum LUBERTUM EDZARD, Senatorem in Patria; Proaviam vero
ETTELSTRUCK. Formata à teneris annis ad pietatem & omnia ſexus ſui decora, excitata
ſuo reputata, meruit amores Viri, cujus nunc viduavit thorum, *Prænobiliſſimi*, *Ampliſſimi*
aviſſimis quæ vigilantiſſime gerit muneribus, optime merentis. Initum eſt connubium fauſtum
3) REGINA AGNETA, quam quum duxiſſet Vir *Spectabilis* PETRUS WICHELHAU-
um mœrore univerſæ nobilis familiæ & pientiſſimæ matris, abſtulit, poſtquam felici cætero-
eclara & Lectiſſima Virgine GESA SARA, 5) *Ornatiſſimo* nunc & ad quævis eximia anni-
eſſit, 7) denique adoleſcente in ſpem parentis feliciter ſuccreſcente JOHANNE, ſecundæ
petrare, differendum, 4, 5. & 7, reliquis jam ad æterna translatis. Laudamus in pereximia
r, curavit quæcunque ad valere & bene eſſe requiri, atque à ſtudioſiſſima rei domeſticæ matre
candi ad vitam civilem & ſocialem honeſte degendam, ſive eſſent inſtituendi in cognitione ſalu-
cavit apte, & lectione librorum bonæ frugis, haut immemor vitam noſtram eſſe fluxam, cadu-
quo corporis infirmitates ſenſit, quod cum pedetentim, proſtrato appetitu, diſponeretur ad
ia emaceraretur, adhibitis quanquam præſentiſſimis remediis, ante quatuordecim dies, adeo repullulan-
mortalem Deo redderet, poſtquam ipſa vivendo expleverat annos L. menſes VII. dies autem XXI.
c legis, ſi te domus Tuæ, ut decet, cura tangat, ut ſapias, ne ſis immemor domicilii æterni, quo certus
factam, *ſempiternam in cœlis.* Val. p. d. VIII. Aug. A. R. S. MDCCXLIV.